

Folium officiale Dioecesis Lavantinae.

Cerkveni zaukaznik za Lavantinsko škofijo.

Kirchliches Verordnungs-Blatt für die Lavanter Diözese.

Inhalt. 43. Decretum canonizationis beati Clementis Mariae Hofbauer, sacerdotis professi Congregationis ss. Redemptoris. — 44. Decretum beatificationis et canonizationis ven. servi Dei Benigni Joly, Canonici ecclesiae s. Stephani, civitatis divionensis. — 45. Decretum S. Congr. S. Officii, quo conceditur indulgentia annulum cardinalium

et Episcoporum deosculantibus. — 46. Stempelpflicht der Kirchen, Pfründen und Stiftungen. — 47. Die staatsbehördliche Genehmigung zur Veräußerung kirchlichen Stammvermögens. — 48. Die Ordination und die Ordinanden. — 49. Razne opombe zastran uradovanja. — 50. Diözesan-Nachrichten.

43.

Decretum Vindobonen. Canonizationis Beati Clementis Mariae Hofbauer Sacerdotis Professus Congregationis SS.mi Redemptoris ac propagatoris insignis eiusdem Congregationis.

Super dubio

An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum tuto procedi possit ad solemnem eiusdem Beati Canonizationem.

Mentibus haeret pene recens pompa sollemnis, qua Caelitum Sanctorum honores Gerardo Maiella tributi sunt; quum ecce iam alteri Alfonsianae Congregationis alumno par triumphus apparatur. Licet ergo tam bene meritae Familiae Parenti gratulari Tobiae verbis (XIII, 17): *Tu autem, laetaberis in filiis tuis; his vero gloriar, quoniam filii sanctorum sumus* (Id., II, 18). Agitur hodie de immortali viro, quem Ligorius reliquit defensorem domus contra inimicos et amicis quaerentem gratiam (Eccl., XXX, 6); agitur de invicto Poloniae et Germaniae Apostolo, qui est directus divinitus in poenitentiam gentis . . . et in diebus peccatorum corroboravit pietatem (Eccl., XLIX, 3. 4). Admirabilis hic divinorum operum ostensor, siquidem, ut habet Ambrosius: „Isti sunt caeli qui enarrant gloriam Dei; haec opera manuum eius quae annuntiat firmamentum“, fuit Beatus Clemens Maria Hofbauer.

Etsi omnium, qui amici Dei facti sunt praeclara vita nunquam careat exemplis, quae plerique imitari queant, ut est Ambrosii sententia: „Sanctorum vita ceteris norma vivendi est“ (ep. XXII): aliquorum tamen mortalis cursus is fuit, ut eorum sanctitas videatur aliena nemini. Huiusmodi sane fuisse censendus est Beatus Clemens Maria Hofbauer, qui varias vices expertus et solitariae vitae et actuosae, a tiburtino secessu ad coenobium, ab athenaeo ad apostolatam; omnis ferme conditionis hominibus iterare posse videtur Paulinum monitum: *Imitatores mei estote sicut et ego Christi*. Iuvenili enim aetati, sive quae operibus manus addicta est, sive quae studiis mentis intenta,

documento fuit, etiam inter corrupti saeculi pericula, et fidei et morum integritatem servari posse, si modo desideria vitetur, si peccandi irritamenta dimoveantur, si cachinnantis insipientiae ratio nulla habeatur, si frequenti usu sacramentorum naturalis roboretur infirmitas. Talem se praestitit Beatus Clemens, sive quum pistoris artem exercuit, sive quum in Vindobonensi Athenaeo studiorum causa versatus est. Postquam vero societati se adiunxit Sanctissimi Redemptoris, exemplar extitit religiosae vitae, viamque perfectae virtutis multiplices inter difficultates ac turbulentissimas procellas cucurrit ut gigas, re magis quam verbo sodalibus ostendens, quemadmodum eos oporteat in vocatione sua fortiter fideliterque manere. Christi vero praeconibus, qui dissita ad loca mittuntur ut verbi divini semen late diffundant, alacritate sua significavit, quae sint apostoli munia, qui sustinendi labores, quae ineunda pericula, quo animi ardore curanda Dei gloria et proximorum salus. Catholicos denique omnes perpetuo edocuit, quantum studii sit collocandum, ut Fidei thesaurus tot inter insidias custodiatur; quantum obsequii et obedientiae, in tanto auctoritatis contemptu, Christi Vicario debeatur; quam viriliter in quotidianos impetus hostium pro Ecclesiae libertate ac dignitate sit dimicandum.

Ob haec singularia virtutum specimina et consequuta signa ad normam sacri Iuris rite probata, Leo Papa XIII. fel. rec. Clementem Mariam Hofbauer ad Beatorum Caelitum honores evexit. Crescente autem in dies fama sanctitatis eius ac prodigiorum, admotisque Sedi Apostolicae precibus ut novum hoc Alfonsiani Instituti lumen clariore in luce collocaretur per accessionem supremi honoris, hoc est ut sanctorum albo adscriberetur, agitata in hunc finem causa est super binis miraculis, de quibus

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X. decreto edito IX. Cal. Febr. volventis anni, constare affirmavit.

Unum supererat, iuxta sacri huius Fori statuta, inquirendum; *utrum Caelitum Sanctorum honores B. Clementi Mariae Hofbauer tuto decerni possent.* Itaque in Sacrae huius Congregationis generali Conventu habito coram SSmo D. N. Pio Papa X. decimosecundo Cal. Maii hoc eodem anno, Revmus Cardinalis Dominicus Ferrata Causae Relator, dubium proposuit: *An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, tuto procedi possit ad solemnem Beati Clementis Mariae Hofbauer Canonizationem.* Revmi Cardinales et PP. Consultores quum unanimi suffragio tuto procedi posse respondissent, SSmus Pater supersedendum duxit, monuitque omnes qui aderant, ut in re tam gravi supernum lumen effusis precibus implorarent.

Tandem hodierno die, qui sacris solemnibus D. N. Mariam matrem Boni Consilii annuus memorat, Sacra Hostia pientissime litata in domestico Sacello, nobiliori aulae Vaticanæ successit, et pontificio Solio assidens ad Se accivit Revmos Cardinales Sebastianum Martinelli SS. RR. Congregationi Praefectum et Dominicum Ferrata Causae Ponentem una cum R. P. Alexandro Verde Sanctae Fidei Promotore, meque infrascripto a Secretis iisque adstantibus rite pronuntiavit: *tuto procedi posse ad solemnem Beati Clementis Mariae Hofbauer Canonizationem.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi, in SS. Rituum Congregationis acta referri, Litterasque Apostolicas sub plumbo de Canonizationis solemnibus in patriarchali Basilica Vaticana, ubi primum licuerit, celebrandis, expediri iussit, sexto Cal. Maias anno MDCCCCIX.

L. † S.

Fr. **Sebastianus** Card. **Martinelli**,

S. R. C. Praefectus.

† **Diomedes Panici**, Archiep. Laodicen.,

S. R. C. Secretarius.

Terminata lectione Decreti Reverendissimus P. Matthias Raus, Rector Maior Congregationis Ss. Redemptoris, accessit ad thronum pontificium et in gratiarum actionem sequentia verba praelegit:

Beatissime Pater!

Audito quod modo perlectum est, Decreto quo Tu, Sanctissime Pater, solemniter declarasti, tuto procedi posse

ad Canonizationem beati Clementis Mariae Hofbauer, sponte mihi subiit haec laetantis Ecclesiae vox, quam superioribus diebus saepe iteravimus: Haec dies, quam fecit Dominus; exsulemus et laetemur in ea.

Et re quidem vera, gaudio mecum exsultat universa Congregatio SS.mi Redemptoris, cuius noster ille Clementis insignis fuit Propagator; exsultat Moravorum gens et Bohemorum, in quorum terris ortum habuit; exsultant Itali, apud quos Alphonsianam Familiam cognovit et amplexus est; exsultant Germani et Helvetii, quorum urbes et pagos verbo sanctificavit et exemplo; exsultat Vindobona, custos sacrorum eius Ossium; exsultat Gallica natio, e cuius ille sinu Discipulum elegit, sanctitate conspicuum, qui opus propagandi Instituti ulterius prosequeretur, per veterem simul novumque Orbem.

Iure tamen peculiari gaudet hodie Varsavia, quae Clementem toto vicennio habuit Apostolum. Lex quidem tyrannica eundem cum suis sociis, ineunte saeculo decimo nono, e Polonia russica expulerat; neque deinceps, ad hanc usque aetatem ulli e nostris missionariis licuerat interdictas illas adire regiones. En tamen miranda atque improvisa rerum conversio, patrocinio beati Clementis profecto attribuenda! Eo ipso tempore, quo Causa eius Canonizationis ad felicem exitum properabat, ecce Imperium Russicum nostris Sodalibus iterum patefactum; ecce domicilium iisdem Varsaviae concessum, prope sedem a Beato olim occupatam; ecce venia facta praedicandi sacras missiones et exercitia spiritualia; ecce, duobus abhinc annis, urbs Odessa et Russia meridionalis missionariis nostris reserata; ecce peragrata ab iisdem, superiori anno, vastissima Siberiae amplitudo, a montibus Uralibus usque ad mare Sinicum; ecce, hoc ipso tempore, sacrae Nostrorum expeditiones inter montes Caucasi susceptae.

Humillimas pro tot beneficiis divino Redemptori ago gratias; ago et Tibi, Beatissime Pater, qui Clementi nostro supremos Sanctorum honores impertire decrevist. Tu, quaeso, benedic universae nostrae Congregationi, atque imprimis his meis Sodalibus, undique terrarum perfectis ad generale Capitulum laboribus, hac ipsa die inchoandis, ut fructus inde nascentur Deo grati, nobisque et populo christiano salutare.

44.

Decretum. Divionen. Beatificationis et Canonizationis Ven. Servi Dei Benigni Joly Canonici ecclesiae S. Stephani, Civitatis divionensis.

Super dubio

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate in Deum et Proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et de Temperantia, earumque

adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Si caritas in proximos est propria Fortium, munus autem Fortitudinis, uti docet S. Gregorius Magnus, est

„*carnem vincere, propriis voluntatibus contraire, delectationem vitae praesentis extinguere, huius mundi aspera pro aeternis praemiis amare*“ (Moral., VII); ea profecto virtus non ad alios pertinere dicenda est, nisi ad christianae perfectionis amatores et asseclas. Qui enim a disciplina Crucis abhorrent, et sive in prosperis sive in adversis meminisse Deum dedignantur, ii *quaerunt quae sua sunt*, et si quando, aut instinctu naturae aut gloriae studio impelluntur ut benefici sint, eorum liberalitas nec universalis illa quidem nec diuturna nec multiplex, a Christi militum caritate quam longissime abest. Quamvis vero proximorum dilectio propter Deum communis nota christianae sanctitatis esse videatur, nihilominus, quia *Spiritus ubi vult spirat ac dividit singulis prout vult*, ideo pro variis temporum locorumve rationibus exstiterunt qui peculiari in proximos caritate, spectaculo essent. Inter hos enituit, Gallicae gentis et catholici sacerdotii decus, Ven. Dei Servus Benignus Joly.

Divione ortus XI. Cal. Septembres anno MDCXLIV parentibus haud minus genere quam virtute conspicuis, praeclaro admodum initio usus est adolescentiae. Hanc enim a caritate in Deum et proximos auspicatus, non modo ne in minimis quidem offendit, sed aemulari visus est maturae sanctitatis adscensus, iam tum pauperes ea miseratione complexus, ut aequalibus egenis obsonia suppeditaret et vestes, receptosque secum non sine piis monitis, recreandos curaret. Matre vivis erepta, Balnas a patre missus est in Collegium Philippinorum, quae sedes illi non minus litterarum palestra quam virtutis fuit. Ibi quantum animi robur ad omnia ferenda ex Christi amore attigisset plane ostendit quum impactam sibi a contubernali alapam non aliter exceperit, quam altera percutienti obiecta maxilla. Sacrae adscriptus militiae propter sui quam fecerat expectationem, Canonicus renunciatus est in Divionensi ecclesia S. Stephani. Defuncto patre, philosophiae operam dedit in Rhemensi Collegio Societatis Iesu; in Navarensi vero Lutetiae Parisiorum doctoris theologi laurea est insignitus. Quo die primum litavit, non tam sui quam pauperum visa sunt celebrari solennia. Sacro enim in privata aedicula, nullaue pompa, peracto, mendicos duodecim secum deduxit, mensaeque una accumbentibus ministravit, erogata insuper stipe. Quo autem divini amoris igne flagraret quoties operaretur sacris, indicio fuit et saepe visa coruscare facies et mens ad superna sic raptā, ut ne fulminis ictu quidem prope se delapsi quateretur.

Divionem reversus ut Canonici munia expleret, Abbati suo datus est Vicarius; a quo tamen officio recedere coactus est valetudinis causa. Ex cura solutus, ac sibi dictum putans: *evangelizare pauperibus misit me*, horum animis corporibusque iuvandis totum se dedit. Plura itaque aggressus est caritatis opera, inter quae praecipua men-

tione digna sunt et pium Sodalitium vestibus ac stragulis consuendis, et instaurata suo sumptu Vincentii Sancti aedicula, in qua pauperes christiana doctrina erudirentur, et aperta domus duplex, altera dimissis ancillis, quam divinae Providentiae nuncupavit, altera perditis feminis ad bonam frugem reversis, cui Boni Pastoris indidit nomen. Idem valetudinario Divionensi a magistratibus praepositus, piarum Sororum infirmis ministrantium Familiam instituit; Sorores tum a S. Vincentio, tum quae Lazaristae appellantur, Divionem advocari curavit. Seminarium condidit instituendis ad sacerdotium caritatis adolescentibus, qui rucularum saluti vacarent.

Nihil arduum reputans, quia, uti docet Augustinus „*solus amor est qui nomen difficultatis erubescit*“ (Conf., XIII), a sui ipsius afflictatione robur assumebat ad omne genus miseriae in aliis relevandas. Assuetus cibo et somno abstinere, flagellis variisque voluntariis poenis innoxium corpus atterere, iniurias, minas, convicia invicta patientia tolerare, haud inusitatum in eo fuit sibi vestem detrahare, qua egenos operiret, eadem culcitra stratum fontes confitentes, etiamsi pestifero morbo affectos audire, capite damnatis adesse eorumque pervicaciam in se plectere, suis manibus mortuos efferre. *Quia denique maiorem caritatem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis*, ex genere ipso et causa mortis, quam Ven. Dei Servus oppetiit, licet virtutis eius magnitudinem dimetiri. Non recusavit enim quominus, vel extremo spiritu, si quam opem lue correptis ferre posset experiretur, in eaque contentione, quum aliorum saluti prospiceret, ipse sibi vitae finem properavit. Accidit eius obitus V. Id. Septembres anno MDCXCIV, immaturus ille quidem, quod vix decimum lustrum aetatis explevisset, sed viro dignus qui pater pauperum esse numquam desiisset. Nam commo- dato lecto decubuit, quod omnia egenis esset ante largitus, nec sui quidquam reliquisset nisi praetiosas exuvias et ingens desiderium tantae virtutis.

Sanctitatis opinio, qua haec amoris victima in mortali vitae cursu floruit, post eius excessum ita percrebuit atque iis est declarata prodigiis, ut inquisitiones ordinaria auctoritate primum institui solitas brevi provocarit. Quibus expletis, res omnis ad SS. Rituum Congregationem delata est, donec Nonis Septembr. anno MDCCCLXXII sa. me. Pontifex Pius IX. Commissionem introductionis Causae Ven. Dei Servi sua manu signavit. Acta deinde causa est apostolica auctoritate penes eandem SS. Rituum Congregationem, de gradu *heroico* virtutum Ven. Dei Servi Benigni. Ac primum quidem in anteparaeatorio coetu penes R. mum Cardinalem Vincentium Vannutelli Episcopum Praenestinum Causae Relatorem, habito decimoquarto Cal. Ian. anno MDCCCXCV; mox paraeatorio Conventu in Aedibus Vaticanis, quarto Cal. Febr. hoc anno; denique in Congregatione generali ibidem coacta coram SS. mo

D. N. Pio PP. X. decimosecundo Cal. Maias eiusdem anni; in qua idem R. mus Cardinalis Vincentius Vannutelli discutiendum proposuit dubium: *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate in Deum et Proximum, itemque de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine, Temperantia earumque adnexis Ven. Servi Dei Benigni Ioly, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.* R. mi Cardinales et Patres Consultores sua quisque suffragia tulerunt; quibus perpensis, SS. mus Dominus supersedendum censuit a supremo edendo iudicio adhortatus adstantes ut supernum lumen flagitarent.

Hodierno vero die quo D. N. Mariae sub titulo Matris Boni Consilii festum percolitur, divina Hostia in domestico Sacello litata, nobiliori aulae Vaticanae succedens ac pontificio solio assidens, R. mos Cardinales arcessivit Sebastianum Martinelli SS. RR. Congregationi

Praefectum, et Vincentium Vannutelli Episcopum Praenestinum Causae Ponentem, itemque R. P. Alexandrum Verde S. Fidei Promotorem et me infrascriptum a Secretis, iisque adstantibus solemniter pronuntiavit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate in Deum et Proximum, itemque de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine, Temperantia earumque adnexis Ven. Dei Servi Benigni Ioly, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum evulgari et in acta SS. Rituum Congregationis referri iussit sexto Cal. Maias anno MDCCCXCIX.

Fr. **Sebastianus** Card. **Martinelli**, S. R. C. Praefectus.

L. ✝ S. † **Diomedes Panici**, Archiep. Laodicea.,
S. R. C. Secretarius.

45.

Decretum S. Congregationis S. Officii, quo conceditur indulgentia annulum Cardinalium et Episcoporum deosculantibus.

Die 18. Martii 1909.

Sanctissimus D. N. D. Pius divina providentia PP. X. in audientia R. P. D. Adessori S. Officii impertita, universis christifidelibus, corde saltem contrito ac devote, annulum EE. PP. Archiepiscoporum et Episcoporum deosculantibus, indulgentiam quinquaginta dierum, defunctis

quoque adplicabilem, benigne concessit. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

L. ✝ S.

Aloisius Can. **Giambene**, *Substitutus pro Indulgentiis.*

46.

Stempelpflicht der Kirchen, Pfründen und Stiftungen.

Bezüglich der Stempelpflicht der Kirchen, Pfründen und Stiftungen hat die hochbl. k. k. Statthalterei nachstehende, am 1. April 1909 in Graz unter Z. 6 ³⁶⁹¹ 1908 erlassene Instruktion zur künftigen Darnachachtung anher mitgeteilt:

„Bei der k. k. steiermärkischen Finanzprokuratur war es bisher Gepflogenheit, nur formelle Eingaben der Kirchen, Pfründen und Stiftungen zu stempeln, hingegen die in Notenform mit den Gerichten in Vertretung dieser Rechtssubjekte sich abspielenden Schriftwechsel als stempelfreie Amtskorrespondenz zu behandeln.

Der Erlaß des k. k. Finanzministeriums vom 3. November 1908, Z. 60172/07 an die Finanzprokuratur Wien, der auch der Finanzprokuratur Graz zur Darnachachtung mitgeteilt wurde, stellt diesen Gebrauch ab und verordnet Stempelung aller bezüglichen Eingaben und Notizen, wenn (was selten vorkommt) keine sachliche Befreiung vorliegt.

Es wird sich also eine bedeutend erweiterte Stempelgebarung der Finanzprokuratur und zufolge auch die Notwendigkeit häufigerer und ausgiebigerer Refundierungen ergeben.

Soweit es sich hierbei um Verlässe mit Erbeinsetzungen von Kirchen, Pfründen oder Stiftungen handelt, bietet dies keine Schwierigkeit, da die Finanzprokuratur fast immer in der Lage sein wird, sich aus den hinterlassenen gerichtlich deponierten Werten einen Vorschuß geben zu lassen.

Anders steht die Sache namentlich bei frommen Legaten, welche nach dem Gesetz kein Recht an den Verlaß, sondern nur eine Forderung gegen den Erben sind.

Da wäre die Finanzprokuratur bemüht, sich jedesmal an die betreffende Vermögensverwaltung um einen Vorschuß bezw. um einen Ersatz zu wenden.

Abgesehen von der für beide Teile hieraus erwachsenden Vielschreiberei ist aber dabei noch zu bedenken, daß in einem und demselben Verlasse meist mehrere fromme Legate an verschiedene Rechtssubjekte ausgesetzt sind, also die 1 oder 2 K, welche für die nötigen Eingaben verwendet wurden, oft auf mehrere Pfarrämter u. verteilt werden müßten; hieraus entstünde eine große unfruchtbare Arbeit, eine unverhältniß-

mäßige Belastung der Pfarrämter zc. mit Postanweibungsgebühren und ein ebenso lästiges als lächerliches Hin- und Herschieben von Hüllern.

Um dies zu vermeiden, hat die Finanzprokuratur für diese kleinen Sachen in ihrem Vorschußabrechnungsbuch ein neues Kumulativfolium „Pia causa“ eröffnet, in welchem bei jeder Ausgabe die Aufteilung auf die betroffenen Rechtssubjekte nur in der Anmerkungsruhrif vorgenommen und beigefügt wird, ob dieses dem Seckauer, oder dem Lavanter Ordinariate oder (als weltliche Stiftung und dgl.) lediglich der k. k. Statthalterei untersteht.

Hienach hätte die Ausgleichung mit den geistlichen Rechtssubjekten durch das hochwürdige fürstbischöfliche Ordinariat auf Grund der von der k. k. steiermärkischen Finanzprokuratur beizubringenden Buchauszüge zu erfolgen.

Noch wesentlich einfacher würde sich freilich die Sache gestalten, wenn das hochwürdige fürstbischöfliche Ordinariat die sie treffenden Auslagen aus irgend einem Fond bestreiten und die Aufteilung auf die einzelnen Rechtssubjekte missen könnte.

Nachdem die Finanzprokuratur nach ihrer Kassainstruktion nicht befugt ist, Auslagen für stempelpflichtige

Rechtssubjekte, wenn es sich nicht um einen vorübergehenden Notfall handelt, aus ihren ärarischen Geldern zu leisten, wird das hochwürdige fürstbischöfliche Ordinariat ersucht, der k. k. Finanzprokuratur in Graz zur Bestreitung der Stempelfkosten für kirchliche Stiftungen und fromme Legate für das erwähnte Folium „Pia causa“ einen nach Ausbrauchung zu erneuernden Vorschuß von 300 K gegen $\frac{1}{4}$ oder jährliche Abrechnung gewähren, und über das Verfügte gefällig anher die Mitteilung machen zu wollen.

Der Statthalter: **Clary m. p.**“

Dieser Stempelvorschuß per 300 K wurde aus den Kirchenvermögens-Verwaltungsbeiträgen geleistet und werden in Zukunft die sich ergebenden Refundierungen seitens der Kirchen und Stiftungen mit den Kirchenvermögens-Verwaltungsbeiträgen eingehoben werden. Den Pfründnern werden behufs Berichtigung von derlei sich ergebenden Rückervergütungen hierämtliche Erlagscheine zugestellt werden. Die sich ergebenden Eingaben an die hochlöbl. k. k. steiermärkische Finanzprokuratur sind künftighin mindestens mit einem 1 K Stempel zu versehen.

47.

Die staatsbehördliche Genehmigung zur Veräußerung kirchlichen Stammvermögens.

Die hochlöbliche k. k. Statthalterei in Graz hat unterm 29. April 1909, Bl. 6¹⁶⁵²₁ 1909, Nachstehendes anher mitgeteilt:

„Das k. k. Ministerium für Kultus und Unterricht hat mit dem Erlasse vom 17. April 1909, Z. 8903 anlässlich eines speziellen Falles, in welchem das k. k. Finanzministerium ausnahmsweise gegen die nachträgliche Genehmigung der von einer Pfarre abgeschlossenen Kaufverträge keine Einwendung zu erheben erklärt hat, Nachstehendes anher eröffnet:

Schon zufolge der Ministerial-Berordnung vom 20. Juni 1860, R. G. Bl. Nr. 162, ist die staatsbehördliche Genehmigung zur Veräußerung kirchlichen Stammvermögens, also auch zur Ausgabe vom Stammkapital, zu Zwecken anderweitiger Erwerbungen stets vor dem Vollzuge der Veräußerung einzuholen.

Vom Standpunkte der Religionsfondsverwaltung muß aber noch ein besonderer Wert darauf gelegt werden, daß Realitätenankäufe aus Pfründenstammkapitalien, falls sich aus dem Ankaufe zufolge der Substituierung des bisherigen Kapitalsertrages durch den Katastralreinertrag der angekauften Grundstücke für den Pfarrer eine erhöhte Kongruaergänzung zu La fte z des Religionsfonds ergibt, nicht früher abgeschlossen

werden, als bis zur Eingehung derselben die für die Mehrbelastung des Religionsfonds unbedingt erforderliche ministerielle Bewilligung erlossen ist.

Die strenge Beobachtung dieser Norm liegt übrigens nicht nur im Interesse des Religionsfonds, sondern in noch höherem Maße im Interesse der betreffenden Benefiziaten selbst, weil dieselben andernfalls Gefahr laufen, im Falle der Verweigerung der nachträglichen staatsbehördlichen Genehmigung in weitwendige und kostspielige Rechtsstreitigkeiten hinsichtlich der angekauften Realitäten und der daraus etwa gezogenen Früchte, sowie hinsichtlich der der Pfründe zurückzuerlegenden Kapitalien verwickelt zu werden.

Infolge des zitierten Ministerial-Erlasses wird das hochwürdige fürstbischöfliche Ordinariat ersucht, die unterstehenden Seelsorgeämter auf die Konsequenzen einer Nichtbeachtung der angeführten Vorschriften aufmerksam machen zu wollen.

Der k. k. Statthalter:

Clary m. p.“

Wird dem Wohllehrwürdigen Seelsorgeklerus zur Benennungswissenschaft anmit mitgeteilt.

48.

Die Ordination und die Ordinanden.

Unter Hinweisung auf die h. ä. Ordinariats-Erlasse vom 5. Juni 1854, Bl. 1022/3 und vom 31. Mai 1855,

Bl. 1043/4, und in Gemäßheit der Anordnung des Konzils von Trient, sess. XXIII. c. 5. de ref. sowie im Hinblick

auf das cap. LXXI. De sacramento Ordinis sacerdotalis in Ecclesiae Lavantinae Synodus dioecesana anno 1903 coadunata. Marburgi, 1904. Pag. 504, num. 4 wird hiemit kundgemacht, daß die höheren hl. Weihen heuer in Monate Juli und zwar das Subdiaconat am 21., das Diaconat am 23. und das Presbyterat am 25. Juli in der hiesigen Dom- und Stadtpfarrkirche werden erteilt werden, zu welchen Weihen die nachbenannten F. B. Lavanter Alumnus befördert werden sollen:

Aus dem IV. Jahrgange die Herren:

Kren Franz von St. Egidi in W. B. (Sv. Ilj v Slovenskih goricah), Kuhar Anton von St. Peter und Paul in Pettau (Ptuj), Rampre Franz aus Stoperzen (Stoperce) und Rop Franz von St. Leonhard in W. B. (Sv. Lenart v Slovenskih goricah).

Aus dem III. Jahrgange die Herren:

Baznik Johann von Hl. Kreuz bei Landstraß in Krain (Sv. Križ pri Kostanjevici na Kranjskem), Erhatic Martin von St. Leonhard bei Großsuntag (Sv. Lenart pri Veliki Nedelji), Geratic Johann von St. Benedikt in W. B. (Sv. Benedikt v Slovenskih goricah), Lassbacher Anton aus Negau (Negova), Škofič Markus von St. Martin bei Wurmberg (Sv. Martin pri Vurmbergu) und Žagar Johann von St. Peter im Samtal (Sv. Peter v Savinjski dolini).

Dieses ist am siebenten Sonntage nach Pfingsten dem gläubigen Volke von der Kanzel mit der Aufforderung bekannt zu geben, Gott um berufstreue Priester zu bitten, und falls jemand gegen die vorgenannten Ordinanden mit Grund etwas vorzubringen hätte, es nicht zu verhehlen.

Daß es gerade in der heutigen so ernsten Zeit notwendig ist, Gott um gute, berufstreue, ja heiligmäßige Priester zu bitten, wird niemand bezweifeln; ist doch eitel die Wissenschaft, eitel glänzende Beredsamkeit, eitel ein scharfer Verstand, eitel aller Erfolg, wenn nicht die Heiligkeit des Lebens den Priester zielt nach den Worten des göttlichen Heilandes: „Estote ergo vos perfecti, sicut et Pater vester coelestis perfectus est.“ (Matth. 5, 48). Und nicht sollen es die Weikandidaten vergessen, daß ein heiliger Priester Länder und Völker zu Gott führen, daß aber auch ebenso ein schlechter Priester Nationen der heiligen Kirche entreißen und so sich und tausende ins ewige Verderben stürzen kann.

Gebe Gott, daß der Tag der heil. Priesterweihe für die Ordinanden zum Tage ihrer ewigen Glückseligkeit, nicht aber zur Grundlage ihrer ewigen Verdammnis werde, damit sich so an ihnen bewahrheite das Wort, das der heilige Evangelist Lukas über die Geburt des heiligen Johannes des Täufers schreibt: „In nativitate eius multi gaudebunt“ (Luc. 1, 46), nicht aber das erschreckende Weh, das Gott durch den Mund des Propheten Ezechiel gesprochen hat: „Vae pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos.“ (Ezech. 34, 2).

Gebe Gott, daß die Ordinanden immerdar bewahren die Krone und Perle der Tugenden, die heilige Keuschheit als ein

sicheres Mittel, um zur Heiligkeit, zur Vollkommenheit zu gelangen. Und wenn sie dann mit der heiligen Keuschheit noch verbinden werden eifriges Gebet, unablässige Selbstüberwindung, glühenden sich selbst verzehrenden Seeleneifer, dann werden sie als Priester in der Stunde des Todes und am Tage des Gerichtes dem göttlichen Richter auf alle ihnen anvertraut gewesenen Seelen hinweisend fröhlichen Mutes sagen können: „Quos dedisti mihi, non perdi ex eis quemquam.“ (Ioan. 18, 19).

Was die Ordination der Ordenskleriker, welche zugleich mit den Alumnus des F. B. Seminars am Ende des Schuljahres ordiniert werden sollen, anbelangt, so wird hiemit angeordnet, daß die hochw. Ordensvorsteher dem F. B. Ordinariate das Ansuchen um die Erteilung der höheren Weihen für ihre Kleriker immer im Laufe des Monats Mai überreichen mögen, damit sie mit den Alumnus des F. B. Seminars im Kirchlichen Verordnungs-Blatte rechtzeitig promulgiert werden können.

I. Dieses Ansuchen ist mit folgenden Dokumenten zu instruieren:

1. Mit dem Taufscheine des zu ordinierenden Klerikers;
2. mit dem Prüfungszeugnisse über die bereits zurückgelegten theologischen Studien und über die Kenntnis des Meßritus.

Diesbezüglich wird im Dekrete S. Congr. Episc. et Regul. vom 4. November 1892 „Auctis admodum“ num. VI. (Siehe Kirchl. Verordnungs-Blatt f. d. Lavanter Diözese, Jahrg. 1892, VI, I) angeordnet: „Professi tum votorum solemnium, tum simplicium (in Congregationibus) ab Ordinariis locorum ad Sacros Ordines non admittantur, nisi, praeter alia a iure statuta, testimoniales litteras exhibeant, quod saltem per annum sacrae Theologiae operam dederint, si agatur de subdiaconatu, ad minus per biennium, si de diaconatu, et quoad presbyteratum, saltem per triennium, praemisso tamen regulari aliorum studiorum curriculo.“

3. Mit einer von dem betreffenden Kleriker eigenhändig geschriebenen und unterschriebenen und vom Ordensvorsteher foramisierten Erklärung über die vom Gesuchsteller abgelegte Ordens-Profess, was auch behufs Sicherstellung des titulus ordinationis notwendig ist. (Siehe hierüber das Dekret „Auctis admodum“ num. I. et II).

Diese Erklärung ist in folgendem Wortlaute auszustellen:

„Ego infrascriptus N. N., natus (ubi et quando), Dei favente gratia in sacrum Ordinem N. susceptus et die . . . anni . . . veste religiosa indutus, postquam anno Novitiatus rite expleto, per tres annos continuos, id est a die . . . anni . . . in votis simplicibus steti, sollemnem votorum religiosorum professionem rite et per omnia libere in manus legitimi Superioris mei emisi die . . . anni . . .“

In cuius rei testimonium propriae manus subscriptionem adiungo.
(Locus et dies).

N. N.

clericus et Ordinum Sacrorum
Candidatus.

Coram me N. N.,

Superiore.

Ferner sind beizuschließen:

4. Das Dispensdekret, wenn der Kleriker mit einer Irregularität behaftet ist.

5. Das Nationale des zu Ordinierenden, welches enthalten muß den Vor- und Zunamen desselben, Tag, Monat und Jahr, dessen Geburt, die Namen der Eltern und den Ort, an welchem der Kleriker zu promulgieren ist.

6. Litteras dimissorias et testimoniales vom Ordensvorsteher, mit welchen derselbe den Kleriker behufs Erteilung der Weihen an den zuständigen Bischof erläßt, und in welchen er das gesetzlich vorgeschriebene Zeugnis ausstellt.

Nach Gasparri (Tractatus canonicus de sacra ordinatione, II., alleg. II. num. 4 p. 321 sequ.) können dieselben etwa folgendermaßen lauten:

Litterae dimissoriae et testimoniales.

Cum iuxta apostolicas sanctiones nemo regularium ad quoscunque ordines absque expressa in scriptis suorum Superiorum licentia promoveri possit: hinc tenore praesentium dilecto Nobis in Christo N. N. in nostro Ordine (vel Congregatione) . . . die . . . anni . . . expresse et libere (sollemniter) professo ac in domo seu conventu N. de familia existenti, qui in saeculo vocabatur N. N., licentiam et facultatem impertimur, ut Excellentissimo et Reverendissimo Domino N. N. Principi-Episcopo Lavantino, ad quem has litteras dirigimus, se praesentet, precamurque Amplitudinem suam, ut eum ad sacrum Subdi-

aconatus (*Diaconatus, Presbyteratus*) ordinem pro necessitate et utilitate Ordinis nostri in titulum promovere dignetur.

Quod enim ad morum probitatem spectat, eundem clericum nostrum dignum iudicamus, testamurque insuper, ipsum ex legitimo matrimonio procreatum, sacro fonte delibutum, chrismate confirmatum, scientia sufficienti exornatum, ad quatuor minores ordines iam die . . . anni . . . promotum et in eis versatum ac in aetate legitima constitutum esse, nec non exercitiis spiritualibus vacasse (*vel: suo tempore vacaturum esse*), omniaque alia requisita habere a legibus ecclesiasticis praescripta.

In quorum fidem hasce litteras propria manu subscripsimus et sigillo officii nostri munivimus.

(Locus et dies.)

L. S.

Subscriptio.

II. Diese genannten Beilagen sind immer beizuschließen, wenn die Ordensvorsteher ersuchen, daß ihren Klerikern die höheren Weihen *infra annum* scholarum erteilt werden sollen.

III. Handelt es sich darum, daß den Ordensklerikern die Tonsur und die niederen Weihen entweder zugleich mit den Alumnus des F. B. Seminars oder aber besonders erteilt werden sollen, was schon nach abgelegter einfacher Profess geschehen kann, so müssen dem betreffenden Ansuchen beigelegt werden:

1. Der Taufschein der betreffenden Kleriker;
2. die Erklärung über die abgelegte einfache Profess;
3. das eventuell notwendige Dispensdekret;
4. die Dimissorien nach dem oben angeführten Wortlaute (allerdings *mutatis mutandis*).

Im Gesuche muß auch des bisherigen Studienganges des zu Ordinierenden Erwähnung gemacht werden.

49.

Razne opombe zastran uradovanja.

1. Vsi duhovniki v dekaniji so dolžni pošiljati svoje vloge kn. šk. ordinariatu oziroma konsistoriju po kn. šk. dekanijemskemu uradu, da že on izreče o njih svoje mnenje in da se stvar tako ne zakasnjuje. Izvzet je le slučaj velike nujnosti. (Gesta et statuta Syn. dioec. anno 1896 constitutae et celebratae. Marburgi, 1897. Cap. XIX. num. 2, pagg. 374 et 375).

2. Vsaka vloga mora biti pisana na belem, dovolj močnem papirju s črnilom. V levem zgornjem kotu bodi številka (*numerus currens ex proprio protocollo*), malo spodaj naslov, zunaj pa rubrum t. j. naslov in kratek zadržaj vloge. Napišejo se naj samo desne, prigenjene strani pole. V odgovorih se je zmeraj sklicevati na številko tuuradnega dopisa. Od odposlane vloge bodi shra-

njen v župnijskem arhivu „koncept“. (Eccl. Lav. Syn. dioec. anno 1903 coadunata. Marburgi, 1904. Cap. LXXXVI., num. 1—5, pag. 685).

3. Različne stvari, n. pr. zakonske ali šolske zadeve, ustanove in cerkveni računi se morajo posebej, t. j. vsaka stvar posebej poseben vlog, semkaj predložiti, ker je za vsako stvar odločen poseben referent in ker se vsaka stvar posebej protokolira in posebej shranjuje v arhivu. (Ibidem, num. 6, pag. 685).

4. Kn. šk. dekanijemski uradi naj ne pošiljajo semkaj vlog posameznih župnijskih uradov z enim dopisom in pod eno številko, temuč vsako vlogo s posebnim dopisom, razen cerkvenih in ubožnih računov in matičnih kopij.

5. Brez dopisa se akti ne smejo semkaj pošiljati, zakaj tukajšnji urad ne more v tem slučaju vedeti, kaj naj stori z akti. (Personalstand des Bistums Lavant in Steiermark für das Jahr 1909. Anmerkung, num. 4, str. 266).

6. Tuuradni dopisi se ne vračajo semkaj, temuž se morajo shraniti v arhivu. Le priloge tuuradnega dopisa, ki se imenujejo komunikat, se vrnejo semkaj. (Ibidem, num. 6, str. 266).

7. Duhovni pomočniki naj ne pošiljajo vlog svoji višji cerkveni oblasti brez vedenja ali proti volji župnikov, temuž naj jih ti-le podpišejo, razen če so bolni ali odsotni, kar se pa naj omeni v vlogi. Reservate — casus conscientiae ad manus proprias Celsissimi ac Reverendissimi Principis-Episcopi — naj izročijo zaprte kn. šk. župnijskim uradom s prošnjo, da jih semkaj določijo. (Eecl. Lav. Syn. dioec. anno 1903 coadunata. Marburgi, 1904. Cap. LXXXVI., num. 10, pag. 686).

8. Prošnje in dopise na c. kr. ministerstvo, namestništvo in druge višje urade je pošiljati, izvzemši slučaj nujnosti, le po kn. šk. ordinariatu. (Ibidem, num. 10, al. 2, pag. 686).

9. Kn. šk. dekanijški in župnijski uradi si naj prizadevujejo na vso moč, da bodo njihovi dopisi na višje oblasti zmeraj spoštljivi, na sebi enake in nižje urade pa dostojni in vljudni. (Ibidem, pag. 685 in num. 1, pag. 687).

10. Uradni dopisi, ki zadevujejo pastirovanje, cerkveno premoženje itd. so poštnine prosti (Kirchl. Verordnungs-Blatt, 1865, IX. I), ne pa denarji, ki se pošiljajo

semkaj frankirano pod zavitkom, na katerem se naj znamenjuje vposlani znesek, ali pa, kar se zlasti priporoča, po šeku ali poštni nakaznici. Uradna poročila na položnicah so poštnine prosta, če je na njih zapisano, kakor to zahteva postava z dne 2. oktobra 1865, drž. zak. šte. 108, „poštnine prosta uradna zadeva.“ (Personalstand des Bistums Lavant für das Jahr 1909, num. 9, str. 267).

11. Uradne listine zastran cerkvenih ali dušoskrbnih zadev, torej tudi matični izpiski kot priloge k prošnjam za spregled cerkvenih zakonskih zadržkov, so koleka proste, ne pa listine v zasebnih stvareh. (Ibidem, num. 7 in 8, str. 266 in 267).

12. Da se ne zadržuje redno uradovanje in da se zabranjujejo „urgence“, ki morejo tu in tam veliko škodovati, naj se vse vloge vselej pravočasno rešujejo ter določijo politični oblasti oziroma kn. šk. ordinariatu. (Ibidem, num. 1, str. 266).

13. Da ne ostanejo dušni pastirji dolgo časa brez plače, naj kn. šk. dekanijški uradi vsako izpremembo v osebi nemudoma semkaj naznani. Tudi ni odlagati poročil o smrti duhovnika v dotični dekaniji. (Ibidem, str. 211).

14. Da se more šematizem korigirati in pravočasno sestaviti, naj duhovniki že med letom ali vsaj do 1. oktobra tekočega leta naznani po kn. šk. dekanijškem uradu vse izpremembe, ki bi se morale sprejeti v novi šematizem. Istotako se naj vselej pravočasno t. j. vsaj do 1. oktobra tekočega leta semkaj predložijo izkazi o izpremembah v samostanih in kongregacijah. (Ibidem, str. 209).

50.

Diözesan-Nachrichten.

Investiert wurden die Herren: Anton Novak, Pfarrer in Špitalič, auf die Pfarre St. Martin in Gams; Josef Panič, Kaplan in Saldenhofen, auf die Pfarre St. Anton am Bachern; Ewald Vračko, Kaplan in Jaring, auf die Pfarre St. Egidii in B.-B. und Markus Žičkar, Kaplan in Gonobiz, auf die Pfarre St. Bartholomä bei Loče.

Bestellt wurde Titl. Herr Franz Hrastelj, Geistl. Rat, Hauptpfarrer und Dechant in Gonobiz, als Mitprovisor der Pfarre St. Maria in Špitalič.

Übersezt wurden die Herren Kapläne: Ferdinand Ciuha von Luttenberg nach Riez, Martin Jurhar von Riez nach Gonobiz, Josef Krajnc von St. Peter bei Marburg nach Kötsch (I.), Michael Kristović von St. Georgen an der Stainz nach Reifnitz, Josef Lasbacher von St.

Anton in B.-B. nach Jaring, Andreas Lovrec von Kötsch nach St. Georgen an der Stainz (I.), Anton Srebre von St. Martin bei Windischgraz nach Saldenhofen, Martin Tomazič von Kerfjbach nach St. Peter bei Marburg und Anton Trinkaus von Remsnitz nach Kerfjbach.

In den zeitlichen Ruhestand sind krankheitshalber getreten die Herren: Franz Mandeliček, Kaplan in Reifnitz und Franz Ozvatič, Kaplan zu St. Georgen an der Stainz.

Abesetzt sind geblieben: der II. Kaplansposten zu St. Georgen an der Stainz und zu St. Martin bei Windischgraz, der III. Kaplansposten in Luttenberg und die Kaplansposten zu St. Anton in B.-B. und in Remsnitz.

F. B. Lavanter Ordinariat zu Marburg,

am 20. Mai 1909.

† Michael,
Fürstbischof.